UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

D. Eckivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

Visual Library

geliſta ponit, Accepit Iheſus panē in manus, gratias egit, fre-
git, deditq; diſcipulis, aliud'ne fregit & dedit, quā in manus
acceperat, diſcipuliſq; tradiderat? Illud textui diſſimile eſt &
difforme. Tempus igitur eſſet domine doctor illud uos decla
rare, hoc namq; cupio, ut ultra procedere queamus.

D. ECKIVS.

EXcuſat ſe dominus meus doctor ſcripturarū ſuarū, qui-
bus nec antea quidem ſibi conſtetit Auguſtini exemplo,
qui aliqua minus bene dicta, met ipſe melioravit in libro Re
tractationum. Dico excuſationem hanc nullam eſſe. Augu-
ſtinus equidē in gentiliū & hæreticorū fide educatus, & poſt
triginta annos ætatis ſuæ primū baptiſatus, de facili errare po
tuit, quæ poſt hac iuxta univerſalis eccleſiæ opinionē emen-
davit. Dominus vero me⁹ doctor in Chriſtiana eccleſia edu-
catus & enutritus, ad cuius etiam mentem ſcripſit. Nunc aūt
cōmutat, deciditq; a ſuis ſcriptis, & ab univerſali eccleſia. He
ſterno em̄ ueſperi, ubi nā mea ſit Chriſtiana eccleſia edocui,
ipſe uero mihi ſuam non oſtendit. Quod culpam arguit, me
nō ut Chriſtianū facere, trāſeo. Ideoq; & ſi dn̄s meus doctor
ſcripturas ſuas retractaſſet ſcripturis ductus, aut cū univerſa
li eccleſia, ſicut Auguſtinus fecit, accepta foret ſua ipſius con
tradictio. Adhuc aūt nullis ſcripturis progreditur, ait ſe pro-
feciſſe aut præceſſiſſe, ego reor meo exiguo intellectu retro-
ceſſiſſe, a uero Chriſti corpore, ad panem decidere piſtoriū.

Iterum pedem figens ſupra baptiſmi aquam, nihil aliud di
cens quam eſſe aquam, quum Paulus ad Titum iij. illam bal-
neum nominet regenerationis. Etſi uenerabile ſacramentū
baptiſmi, per quod Chriſto domino, & eccleſiæ incorpora-
mur, merito nomen honorabilius meruiſſet, ab domino do-
ctore quam ut balneum nominaret, ſicut noui balneatores,
& rebaptiſatores fecerunt. Paulus enim iuxta latinam inter-
pretationem, lauacrū appellat, ſicut in Græco dialutru. Stat
nihilominus firmum, quod dixi, quum ſcriptura, uerbumq;
Dei

Dei me doceat, in ſacramento eſſe uenerabile Chriſti corpus hoc credo, & de aqua quum me nihil aliud doceat, quã aquã eſſe aquam credo, uerbaq; Pauli aliud nihil ſignificãt, quam baptiſmum eſſe lauacrum, ob idq; aqua eſt regenerationis, quæ ſit ſicut dominus noſter Iheſus Chriſtus, ait Iohan. iij. ex hac aqua, ut ſacramentali ſigno, & ex ſpiritu ſancto animam depurante & renouante.

Vltimo dñs meus doctor culpæ me arguit, quod ſcolaſtica utar fallatia, petitionis ſcilicet principij. Ex ſuo aũt exemplo nominationis filij plane intelligitur, hoc me non feciſſe, nam ſicut doctor dicit expreſſe euangeliſtam aire, dominum Iheſum panem accepiſſe, hoc ego illi admitto. Ideoq; credo, ſi etiam & dominum meum doctorem exorare poſſem, ut & ipſe crederet, quum expreſſe dominus Iheſus dicat, Hoc eſt corpus meum, & ex illis uerbis quum dicit Euangeliſta. Accepit Iheſus panem & dixit, hoc eſt corpus meum. Quis hic uel ulla ratione aliud dicere poteſt, quã ibi tranſmutationem factam, ideoq; & recte reſpondi conformiter & omni rationi illud uerbulum Hoc, domino dicente, Hoc eſt corpus meum, indicaſſe illud, quod ſuis ſanctis manibus porrexit. Ex ſancto Auguſtino doctor meus ſcire debuiſſet, ſupra xxxiij. pſalmo, ubi clare dicit dominum noſtrum Iheſum Chriſtum ſacrum corpus ſuum in manibus tuliſſe ferebatur &c̃. Et nouerunt ſinguli quum quid cuiq; ab altero oſtenditur, dicenti, hoc eſt illud eum indicare quod oſtendit. Hic autem quid uerbis eſt opus, dominus enim Iheſus ei hoc indicat quid ſit. Quippe quod in manibus oſtendit, dicens. Hoc eſt corpus meum. Quis nũc tam eſſe poteſt friuolus, ut dicat aliud eſſe, quã dominus noſter diuina ueritas expreſſerit. Hoc pro nobis dictum efficax eſt, proq; eccleſia Dei. Quando aũt dominus doctor ſemel pro ſe ſcripturas adducet pro ſua doctrina, quam communi populo tanto tempore e ſuggeſto prædicauit, atq; libellis expreſſis inuulgauit?